

dentem; nempé, stultus toties venit ad compedes, donec tandem sagitta transfigat jecur ejus, hoc est, donec tandem more plectatur. Aliter, ut ad sequentia referatur: *sicut avis festinat ad laqueum, donec tandem sagitta transfigat cor illius, et ad laqueum*, hoc est, ad escam sub laqueo. Porrò juxta hunc sensum ultima clausula, nempé: *Et non nocet quod de vitâ illius sit*, ad omnes tres similitudines, et ad juvenem referatur, ad hunc modum: Ut bos non novit quod de vitâ suâ agitur, ut stultus ductus ad compedes non novit quod de vitâ suâ agitur, denique ut avis festinans ad laqueum non novit quod de vitâ suâ agitur, ita neque iste adolescens novit tractus amore mulieris adulteræ, quantum facturam animæ suæ faciat. Non novit se rectè tendere ad mortem animæ suæ; ut corporalem mortem evadat, quam frequenter subent adulteri. Quæ sequuntur obscuris indicant non fuisse non gestam, nec Salomonem conspexisse oculis corporeis, neque audivisse hujusmodi verba, sed monitionem esse in genere positam: quæ muliercularum impudentiam depingit, et suo filio ponit ob oculos frandes quibus ut solent adversus incautos et imprudentes juvenes; quantum denique sit nefas, vel ullam familiaritatem cum hujusmodi inire, usque adeo ut vel per eorum incidere plateam, aut propè ædes accessisse, sit periculosum, ut sequitur:

VERB. 24-27. — NUNC ERGO, FILII, AUDITE, ET ATTENDE VERBA ORIS MEI. NE ABSTRAHATUR IN VIBIS ILLIUS MENS TUA, NEQUE DECIPIARIS SEMITIS ILLIUS. (Hebr.: *Non declinabit ad vias illius cor tuum, neque errabis in semitis illius.*) MELIOS ENIM VULNERATUS DECECIT, ET FORTISSIMI QUIQUE INTERFECTI SUNT AD EA. VLE INFERI DOMUS EJUS PENETRANTES INTERIORA MORTIS. (Hebr.: *Vle inferi domus illius descendentes ad cubicula mortis.*) Haud ita multum refert quod in Hebræo legatur: *Nunc, fili, audite me*, et summâ diligentia verbis oris mei attendite. Unius

CAPUT VIII.

1. Numquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam?
2. In summis excelsisque verticibus supra viam, in medijs semitis stans,
3. Juxta portas civitatis, in ipsis foribus, loquitur, dicens:
4. O viri, ad vos clamito: et vox mea ad filios hominum.
5. Intelligite, parvuli, astutiam: et insipientes, animadvertite.
6. Audite: quoniam de rebus magnis loquentura sum: et aperientur labia mea, ut recta prædicent.
7. Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.
8. Justi sunt omnes sermones mei: non est in eis pravum quid, neque perversum;
9. Recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam.
10. Accipite disciplinam meam, et non pecuniam: doctrinam magis quam aurum eligite.
11. Melior est enim sapientia cunctis pretiosisiss-

exemplum propositi, quo teipsum velut in speculo tuearis; non est quod tuis viribus fidat, aut constantia, imò procul fugiendum est si velis esse tatus (Engite, inquit, fornicationem, 1 Cor. 6): *ne flectat cor tuum ad vias quibus incedit*, ne forte factus obivus non poteris resistere sermonibus et blanditijs illius; imò potius quàm longissimè circumibis, ab instituto itinere deflecte, quasi errares in plateis civitatis, ne incidas in semitas illius adulteræ; vel, ne erraveris, nam si cor tuum declinat ad vias, hoc est, ad ullam ex iis hujus adulteræ, plurimum erraveris. Nam illa plurimos graviter vulneratos prostravit, non hunc solum de quo locutus sum, quem tu fortassis putas tam facile persuasum et victum, quòd imbecillis esset et parùm constans: imò omnes, hoc est, plurimè, et ingens numerus robustissimorum virorum, fuerunt ab eis interfecti et ad inferos dejecti; non enim est via magis compendiosa ad infernum et gehennam, quàm illa quæ ducit ad domum hujus mulieris. Sic igitur existima te; si petas illius ædes, rectè ad infernum tendere; si illius cubile, quod omnia aromata redolet, adire pergas, te eadem operè descendere ad cameras mortis (ut est in Hebræo), æternæ supplicii. Quare si corporis jacuram et periculum non times, at saltem animæ mortem et interitum formidans, omnem fornicationem, adulterium, et illicitum concubitum fuge. Non sine causâ vehementer laborat Salomon in principio sui libelli, ut filium adhuc innocentem ad amorem castitatis pertrahat; hanc ignarus quanta mala ex luxu et libidine huc actum intelligere malis, semel copulatus es Christo, et illius corporis, nempé Ecclesie, factus es membrum. Tollens membra Christi, faciens membra meretricis, damnate secte videlicet, abest. Porrò ad reliquos sensus ex præcedentibus facilis erit loci applicatio; nos ad sequentia properamus.

CHAPITRE VIII.

1. La sagesse ne crie-t-elle pas, et la prudence ne fait-elle pas entendre sa voix?
2. Elle se tient le long du chemin, sur les lieux les plus hauts et les plus élevés, elle se met au milieu des sentiers,
3. Près des portes à l'entrée de la ville, et elle parle en ces termes:
4. C'est à vous, ô hommes, que je crie; et c'est aux enfants des hommes que ma voix s'adresse.
5. Vous, imprudents, apprenez ce que c'est que la sagesse; et vous, insensés, rentrez en vous-mêmes.
6. Écoutez-moi, car je vais vous dire de grandes choses; et mes lèvres s'ouvriront pour annoncer la justice.
7. Ma bouche publiera la vérité; mes lèvres détestent l'impieeté.
8. Tous mes discours sont justes; ils n'ont rien de mauvais ni de corrompu.
9. Ils sont pleins de droiture pour ceux qui sont intelligents, et ils sont équitables pour ceux qui ont trouvé la science.
10. Recevez avec plus de joie que de l'argent les instructions que je vous donne, et préférez la doctrine à l'or;
11. Car la sagesse est plus estimable que ce qu'il

mis: et omne desiderabile ei non potest comparari.

12. Ego sapientia habito in consilio, et eruditus intersum cogitationibus.

13. Timor Domini odit malum; arrogantiam, et superbia, et viam pravam, et os bilingue detestor.

14. Meum est consilium et æquitas; mea est prudentia, mea est fortitudo.

15. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt;

16. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam.

17. Ego diligentes me diligo, et qui manè vigilant ad me, inveniunt me.

18. Mucum sunt divitiæ et gloria, opes superbiæ et justitiæ.

19. Melior est enim fructus meus auro, et lapide pretioso; et geminaria mea, argento electo.

20. In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicium:

21. Ut ditem diligentes me, et thesaurus eorum repleam.

22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequàm quidquam faceret à principio:

23. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequàm terra fieret.

24. Nordium erant abyssus, et ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant:

25. Necdum montes gravi mole constiterant; ante colles ego parturiebar:

26. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ;

27. Quando preparabat caelos, aderam; quando certè lege et gyro vallabat abyssos:

28. Quando æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum:

29. Quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis, ne transirent fines suas: quando appendebat fundamenta terræ;

30. Cum eo eram cuncta componens; et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore,

31. Ludens in orbem terrarum; et delicia mea, esse cum filiis hominum.

32. Nunc ergo, filii, audite me; beati qui custodiunt vias meas.

33. Audite disciplinam: et estote sapientes, et nolite abjicere eam.

34. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei.

35. Qui me invenierit, inveniet vitam, et hauriet salutem à Domino.

36. Qui autem in me peccaverit, lædet animam suam; omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

VERB. 1, 2, 3. — NUNC QUID NON SAPIENTIA CLAMITAT (1),

(1) Nominè sapientia accipie cognitionem Dei, quam habemus ex verbo Dei. Per prudentiam verbè accipie cognitionem quæ facta Dei et judicis ejus cognoscuntur. Hebræi tamen exponunt hic sapientiam pro *viris sapientibus*, qui homines vocant ad sapientiam legis, idque in locis publicis, ut nemo sit qui se abscondat à

vis à de plus précieux; et tout ce qu'on désire le plus, ne peut lui être comparé.

12. Moi, la sagesse, j'habite dans le conseil, et je me trouve présente parmi les pensées judicieuses.

13. La crainte du Seigneur hait le mal. Je deteste l'insolence et l'orgueil, la vie corrompue et la langue double.

14. C'est de moi que vient le conseil et l'équité; c'est de moi que vient la prudence et la force.

15. Les rois regnent par moi, et c'est par moi que les législateurs ordonnent ce qui est juste.

16. Les princes commandent par moi; et c'est par moi que ceux qui sont puissants rendent la justice.

17. J'aime ceux qui m'aiment, et ceux qui veillent dès le matin pour me chercher me trouveront.

18. Les richesses et la gloire sont avec moi, la magnificence et la justice.

19. Car les fruits que je porte sont plus estimables que l'or et que les pierres précieuses; et ce qui vient de moi vaut mieux que l'argent le plus pur;

20. Je marche dans les voies de la justice, au milieu des sentiers de la prudence;

21. Pour enrichir ceux qui m'aiment, et pour remplir leurs trésors.

22. Le Seigneur m'a possédée au commencement de ses voies; avant qu'il eût créé aucune chose, j'étais dès lors;

23. J'ai été établie dès l'éternité et dès le commencement, avant que la terre fût créée.

24. Les abîmes n'étaient pas encore, et déjà j'étais conçue; les fontaines n'étaient pas encore sorties de la terre;

25. La pesante masse des montagnes n'était pas encore formée; j'étais enfantée avant les collines.

26. Il n'avait point encore créé la terre, ni les fleuves, ni affermi le monde sur ses pôles.

27. Lorsqu'il préparait les cieux, j'étais présente, lorsqu'il environnait les abîmes de leurs bornes, et qu'il leur prescrivait une loi inviolable;

28. Lorsqu'il affermissait l'air au-dessus de la terre, et qu'il dispensait dans leur équilibre les eaux des fontaines;

29. Lorsqu'il renfermait la mer dans ses limites, et qu'il imposait une loi aux eaux, afin qu'elles ne passassent point leurs bornes; lorsqu'il posait les fondements de la terre;

30. J'étais avec lui, et je réglais toute chose; j'étais chaque jour dans les délices, me jouant sans cesse devant lui;

31. Me jouant dans le monde, et trouvant mes délices à être avec les enfants des hommes.

32. Écoutez-moi donc maintenant, mes enfants; heureux ceux qui gardent mes voies!

33. Écoutez mes instructions, soyez sages, et ne les rejetez point.

34. Heureux celui qui m'écoute, qui veille tous les jours à l'entrée de ma maison, et qui se tient à ma porte;

35. Celui qui m'aura trouvée, trouvera la vie, et il puiera le salut de la bonté du Seigneur;

36. Mais celui qui péchera contre moi, blessera son âme; tous ceux qui me haïssent, aiment la mort.

COMMENTARIUM.

ET PRUDENTIA DAT VOCEM SUAM? IN SUMMIS EXCELSISQUE

lucè ejus et excelsisioribus habet. Extollit autem Sapientia Dei sapientiam in septem: 1° Est *ins. quis*, et longè excellit sapientiam hominum, sicut principes vulgares excellent homines. 2° Est *recta*, per rectam ducens viam. 3° Est *vera*, nullum habens admixtum errorem. 4° Quietum reddidit hominis animum. 5° Ia

VERTICIBUS, SUPRA VIAM IN MEDIIS SENTIENS STANS. JUXTA PORTAS CIVITATIS (1). IN IPSIS FORIBUS LOQUITUR, DICENS. Hebr.: In capite exceliorum super viam inter semitas stetit. Ad latus portarum juxta os civitatis, in introitu portarum vociferabitur. Sapientiam et prudentiam sive intelligentiam, ut est in Hebræo, pro eodem ferè accipiunt Hebræi expositores. Differunt tamen, ut inquit quidam illorum, ut scientia et praxis; nam intelligentia sive prudentia in moribus consistit. Quod ad sensum hujus loci spectat, postquam per filium suum omnes revocavit, et deterruit à domo mulieris, sive carnis et cujuscuque corruptionis, sive denique à commercio eorum qui aliena à fide catholica sequuntur dogmata; nunc cujusnam doctrinam, et cujus voces audire debeamus, ostendit: nempe illius qui neque falli neque fallere novit. Abruptius loquendi modus et Hebraismus significat aliquid deesse, et aliquid suppendium; q. d.: Fili, si mihi non credis, si meis verbis non libet attendere, ut puta solus hominis, cui non possit quis satis tuto credere, est enim omnis homo mendax, sapientie aurem accommodare debes. Quod si dixeris: libenter auscultarem, si illius vocem liceat audire, sed cum ipsa nusquam compareat, nusquam audiatur, quo pacto illi obtemperabo? Quid, inquit Salomon, nonne sapientia clamabit? Ut Hebræi legunt, et nos tanquam prophetice verba intelligimus, ut de Christo Dei sapientia, et Dei virtute intelligatur locus, de quo certum est hoc caput et sequens tractare: in quibus omnia de Christo clarissime licet exponere, etiam historico sensu, præsertim nobis qui luce Evangelicâ illustramur. Licet præterea juxta alias sapientie acceptiones, prius à nobis explicatas, locum interpretari, ut propius respiciat eos qui Christum præcesserunt; qui neque vocem ejus, ut Apostoli et Judei illius ætatis, neque ipsum in Evangelio loquentem, ut nos hodiè, audire poterunt, quoniam tamen Salomon participes hujus doctrinæ esse voluit. Ne quis igitur nos judicare existimet, si in lege aut prophetarum oraculis, aut etiam piorum hominum vitâ ac doctrinâ, aut denique in operibus Dei, sapientiam clare interpretemur. Et quod ad sensum spectat historicum, concionandi sive perorandi locus sapientie præparatur ac distribuitur: Nonne sapientia clamavit?

nulla re adversatur sibi ipsi. 6^a Rectam tenet ordinem, id quod ex dictione תָּצִי colligitur. 7^a Non habet animum fastidium, sed quantum plus in eâ proferat, tanto ardentius eâ oblectabitur. Hæc ordinatè in textu describitur. (Munsterus.)

Hæc de eâ sapientia que in lege apparent exponunt Hebræi; et sanè ei, si non soli, at præcipue, hæc attributa conveniunt. (Grotius.)

(1) Ubique obvia et parabilis. Sic Christus, vera sapientia, et in monte os suum aperuit, et in desertis non modo corpora, sed etiam animas pavit, et obvios quosque sanavit, terraque et aquas beneficiendo pertransiit, et in portis Naim mortuum suscitavit, et ad maris littora e navigiâ docuit, et in domibus, in conviviis, in synagogis, in vicis, in urbe, in oppidis et in castellis, in templo et extra templum predicavit; neque quidquam intentatum reliquit, quo se omnibus obvium faceret. (Bossuet.)

Quis usque adeo ignarus est et imperitus, ut ignoret sapientiam clamare, et intelligentiam dare vocem, non solum per hanc doctrinam meam, que angusto angulo orbis docetur, inquit, que paucis paginis continetur? imò me tacente nihilominus Sapientia clamabit, et intelligentia dabit vocem non hæreticorum more, qui latebras querunt, et Ecclesie judicium recusant, non philosophorum scholis, qui de dogmatibus digladiantur, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, Rom. 1, sed in vertice exceliorum, in summis montibus, et editissimis patriarcharum et prophetarum oraculis. Super, vel juxta, donum semitarum. Hebraismus est, pro inter duas sentitas, vel in concursu duarum semitarum stetit sapientia; quod rectè in consensu legis et prophetarum, aut melius veteris et novi Testamenti, intelligimus. Ad montem domus Dei si quis accedat, in montium, hoc est doctorum hominum, cacumine, sapientiam clamantem audiet. Præterea ad locum portarum ante civitatem, et in introitu portarum (ut est in Hebræo) vociferabitur. Omnibus obvia est sapientia, non solum his qui ad montem ascendere possunt, et sublimia speculati, sed etiam indocte plebeule et quotquot civitatem ingredientur, in ipsis portis, ubi solet antiquitas jus dici à senioribus et magistratibus, qui nihil aliud quam intelligentiam præbent hominibus; cum malos coerceant, et studia virtutum et observantiam legis doceant. Cogita igitur, quoties doctorem in signem et divinæ legis interpretem, quoties pium concionatorem à terrenis rebus ad celestia excitantem audis, toties sapientiam clamantem ausculta. וְעַד אֶת צִדְקָתוֹ אֲדֹנָי אֶת צִדְקָתוֹ אֲדֹנָי ad os civitatis (ut est in Hebræo) vel juxta os, vel in ore, hoc est, loco publico ubi præcones verbi Dei declamare solent, qui merito os civitatis dici possunt. Quoties, inquam, studiosum aliquem, exemplar virtutum, vel viâ publicâ obvium habes, quoties de justitiâ et aequitate judicem disserentem et decernentem intueris, toties sapientiam clamantem in predictis locis cogita, inquam, ac si ipsa propria voce diceret que sequuntur:

VERS. 4-9. — O VIRI, AD VOS CLAMITO, ET VOX MEA AD FILIOS HOMINUM (1). INTELLIGITE, PARVULI, ASTUTIAM; ET INSICIENTES, ANIMADVERTITE. (Hebr.: Date operam, ignari, intelligere; et stulti, intelligite corde; vel, facite cor intelligere.) AUDITE, QUONIAM DE REBUS MAGNIS LOCUTURA SUM, ET APERTURUS LABIA MEA ET RECTA PRÆDICENT. (Hebr.: Aperio labiorum meorum rectitudines.) VERITATEM MEDITABITUR GUTTUR MEUM.

(1) Dieu ne parle pas seulement aux hommes, mais il crée pour se faire entendre d'eux, afin qu'ils comprennent qu'ils sont plongés dans un profond assoupissement, et qu'ils sont sourds à sa voix, jusqu'à ce qu'il les réveille par ce cri de sa grâce toute-puissante, qui rompt la dureté de leur cœur, et lui donne des oreilles pour l'entendre. C'est ce que saint Augustin dit lui-même, en rendant grâces à Dieu de la manière dont il l'avait touché. « Vous étiez avec moi, dit-il à Dieu, et moi je n'étais point avec vous. Les beautés qui ne subsistent que par vous, me tenaient séparé de vous. Enfin, vous m'avez appelé, vous avez crié, et vous m'avez rompu ce qui rendait mon âme sourde à votre voix. » Vocasti, et clamasti, et rupisti surditatem meam. (Sacy.)

ET LABIA MEA DETESTABUNTUR IMPUM. (Hebr.: Nam veritatem meditabitur palatum meum, abominatio labiorum meorum impietas.) JUSTI SUNT OMNES SERMONES MEI (1), NON EST IN EIS PRÆVUM QUID, NEQUE PERVERSUM. (Hebr.: In justitiâ omnia verba oris mei, non est in illis obliquitas. Recti sunt intelligentibus, et æqui invenientibus scientiam.) Quos auditores sibi proponit, et quem ordinem doctrinæ velit sequi, quodammodo præfatur sapientia. Quorum utroque suam benevolentiam et studium erga mortales committit. Porrò per doctrinæ suæ ingens et incredibile encomium, dociles et attentos reddit auditores: quos quadrifarâ distinguit hoc in loco, quosdam viros appellans, alios filios hominum, impletos alios, alios denique stultos; et universum mortalium genus complectitur. Qui sapientia suâ et bonitate omnes homines, sive viros virtute excellentes, sive filios hominum qui nihil sublimius sapiunt, sive ignaros et omnium rerum imperitos, sive denique stultos qui pro bono malo eligunt, qui hos omnes, inquam, ad imaginem suam fluxit, omnes hos sapientia suæ vult esse participes. Ad vos, ô viri, clamabo, et vox mea ad filios hominum. Quæ est inter virum et hominem differentia juxta proprietatem Romanæ lingue eam inter וְאֵל וְאֵל Hebræorum idiomate intelligere licet: quamvis si quis eundem sensum his adversis clausulis exprimi contendat, non repugnabimus, scientes esse morem Scripturarum, præsertim in hoc libello, et in Psalmis, idem videlicet diversis verbis repetere. Hebræi aliquot familiarius quidpiam sonare volunt in eo quod dicit: Ad vos, ô viri, vocabo, quam in illo: Vox mea ad vos, filii hominum; q. d.: Non solum viri et filii hominum, sed incauti et indocti intelligite astutiam, date operam ut intelligatis; animadvertite ut intelligatis; vel tale aliquid juxta energiam conjugationis intelligendum est in hoc verbo וְאֵל. Quamvis usque adeo exposita et obvia sit omnibus sapientia, et omnibus locis accurat, ab otiosis et negligenteribus tamen non percipitur, ut qui celestium rerum curam non habent; multò minò à stultis, qui studiis divinæ sapientie contrariis mentem occupant. Satius est imperitum esse et ignarum, quam vitis depravatam habere intelligentiam. Et stulti, inquit, intelligite corde; q. d.: Cor habetis, sed sensu carens, aut rebus alienis ab intelligentiâ occupatum. Et hæc

(1) Omnes illi sermones sunt obvi, id est, plani et perspicui. Bonè Græcus Alexandrinus: quæ ante oculos sunt, et oblitui cujusvis, qui attendit, patent. Chaldæus et Syrus: relecta, manifestas; non obscura et perplexa. Alii וְאֵל interpretantur recti, eum femininum וְאֵל denotare quod ante oculos est, non dubium est rectum proprie, Malim priorem perspicuitatis significatum hic retinere, quòd ei melius convenit quod additur, intelligere facient, scilicet animum, id est, qui intelligendi studium adhibet. Et recti, plani, capti faciles, nihil anceps fallaxque habentes. Immanentibus, id est, invenientibus scientiam. Verbis, quibus effectus actionis alicujus exprimitur, Hebræis hæc raro conatus significatur. Ita Genes. 37, 21: Ruben eripuit, id est, eripere conabatur eum. Et qui cum nostro magis convenit locus, 1 Sam. 20, 21: Age, invenit saugitis, eas invenire stude, quære eas. Rectè igitur Chaldæus hoc loco: Is qui exvertunt scientiam. Et Syrus: Et qui cupit scire ea. (Rosenmuller.)

hæc omnis quod ad auditores distinguendos et admonendos spectat. Deinde doctrinam suam magnis laudibus merito extollit. Primum quod magis de rebus dictura sit, audite, inquit, nam magna sunt, hoc est, bona et utilia sunt, quæ dicam: magnâ præterea facilitate et apertè, quæ duo ex illo versiculo intelliguntur. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum, et aperientur labia mea, ut recta predicem. In Hebræo: Aperio labiorum meorum rectitudines; alioqui nihil facilius quam labia aperire. Ad hæc quòd veritati consona sit suâ doctrinâ, et ab omni errore aliena, confirmat ne malè intelligatur quod præcessit, quasi apertione labiorum et facilitate dicendi, quidquid in buccam venerit velit effutire. Veritatem meditabitur guttur meum. In Hebræo, palatum meum: linguam et cætera locutionis instrumenta intelligimus. Meditari vel lingua intelligitur, et ad diligentiam et sedulitatem docendi spectat; vel meditari mente potest intelligi, et ad gravitatem et maturitatem doctrinæ referunt, secundum ea quæ sequuntur: Et labia mea detestabuntur impium. Sapientia enim nihil magis odibile quam impietas, et quidquid à verâ religione est alienum. Justi sunt omnes sermones mei; vel in justitiâ omnia verba oris mei. Nihil perversum vel tortuosum nostra continet oratio, sed in justitiâ, vel de justitiâ et æquitate, quæ hominem homini conciliat; hoc est, de his quæ justos et rectos faciunt auditores. Omnia hæc quam admissum Christo conveniant, manifestis est quàm ut opus sit admonere. Porrò de mysticis Scripturis et evangelicâ lege intelligi possunt, in quibus si quid obliquum aut perversum tibi videatur, scias te non intelligere quod scribitur: Sunt, inquit Sapientia, hæc verba mea recta intelligenti, et recta his qui scientiam illorum invenient. Latent enim nonnumquam Scripturarum sensus, et si quatuor est liber, quem qui volunt aperire, ab eo quarant qui aperit et nemo claudit, Apoc. 3, et ab his quibus eum aperuisse constat, nempe venerabilibus Ecclesie doctoribus, antiquis et veris Scripturarum interpretibus, qui carnem suam crucifixerunt, cum vitis et conceptiscentiis suis? Gall. 5. Hebræi in hoc versiculo: Omnia sunt recta intelligenti, וְאֵל recta ad docendi ordinem, et intelligenti facilitatem referunt; q. d.: Eo ordine sunt Sapientie verba connexa, et tam cominè disposita, ut studiosè quarantibus faciliè scientiam commoñrent.

VERS. 10, 11. — ACCIPITE CORREPTIONEM MEAM, ET NON PÆCUNIAM, DOCTRINAM MAGIS QUAM AURUM DILIGITE. MELIOR EST ENIM SCIENTIA CUNCTIS OPERIBUS PRÆTIOSIS, ET OMNE DESIDERABILE EI NON POTEST COMPARARI. Hebr.: Melior est sapientia servire, et omnia desiderabilia non æquabunt eam. Post meritas suæ doctrine laudes, quibus dociles et attentos auditorum animos voluit efflicere, quid inprimis proponat audiamus. Accipite disciplinam, sive correptionem. Æqua et prudens rerum estimatrix Sapientia novit quàm malè conveniendæ rerum mundanarum studium suis auditoribus. Nemo potest duobus dominis servire, Matth. 6. Qui terrenis curis et cumulandis opibus student, à sapientiâ sunt alieni. Unde quidam dives et avarus in Evangelio auditur:

Stult, hęc nocte repetens animam tuam, Luc. 12. Ab hac stultitia in primis alienos esse oportet, si sapientiam volumus audire, si in scholâ sapientię discipuli esse volumus, quod corripitur et castigari ab eâ nequa feramus animo, quod ipsa in primis monet, inquit: *Accipite, quotquot estis, sive viri, sive filii hominum, ignari et stulti, meam disciplinam, accipite potius quàm argentum.* Quandoquidem sapientiam hujus mundi, quę splendet velut argentum, et famam apud vulgus sibi acquirit, cum hac sapientiã quam ego trado complecti non potestis, relicta igitur pecunia acquirẽdę scientiã, meam disciplinam amplectimini: neque vos moveat aurum quantumvis selectum, sed potius scientiam quam eligit, quę melior est ullis rebus terrenis, quantumvis pretiosis, ut cuius possessio animam ornat, pascit et nutrit, et vitam perpetuam præstat. Quare nulla quamlibet desiderabilia ex rebus terrenis possunt cum hac scientiã, quam sapientia largitur, conferri.

VERS. 12.—EGO SAPIENTIA HABITO IN CONSILO, ET ERUDITIS INTEREM COGITATIONIBUS. Hebr.: *Ego sapientiam habito in astutiã, et scientiam cogitationum inveniam.* Sensus est, sapientiam non esse absque astutiã et consilio in rebus agenda, non solum ad speculationem sese extendere; imò sapientiam omnes prudentiã et consiliũ sine calliditatis circumstantias habere notas, ac si in medio earum maneret, et summam familiaritatem haberet cum illis: sic Aben Ezra. Posterior pars versuelli, quę in Hebræo sic habet: *Astutiã scientiamque cogitationum inveniam.* Habet ambiguum intelligentiam; vel, quòd Sapientia dicat se *inventuram scientiam cogitationum*, quasi scrutator cordium; et Christus legitur vidisse multorum cogitationes; vel, *cogitationes scientiæ*, hoc est, non vulgares neque vanas suggerere cogitationes, sed eruditas, quę ad inventionem scientiæ spectant. Ne quis rudem et rerum humanarum expertem ac ignaram flegat sapientiam; et proinde futuro tempore nitur, ut ostendat, inquit Aben Ezra, *sapientiam præcedere, et auctorem esse omnis scientiæ et cogitationum gravium.*

VERS. 13-14.—TIMOR DOMINI ODIUM MALUM, ARROGANTIAM ET SUPERBIAM, ET VIAM PRAVAM, ET OS BILINGUE DETESTOR. (Hebr.: *Timor Domini odire malum, superbiam et arrogantiam (vel superbiam tumescens) et viam mali, et os perversitatum odi.*) MEUM EST CONSILIUM ET ÆQUITAS, MEA EST PRUDENTIA, MEA EST FORTITUDO. (Hebr.: *Meum est consilium et lex, ego intelligentia sum, mea est fortitudo.*) Post exordium, in quo (ut diximus) in magna sue doctrine expectationem erexit audientem, sequitur narratio, sive recitatio et commemoratio bonorum, quę à Sapientiã proveniunt: inter quę primum est: *Timor Domini initium sapientiæ*, ex quo nascitur odium mali, quod in genere dictum est. Nam præcipue arrogantiam odit et superbiam, per quam peccatum intravit in mundum, per quam creatura rationalis à suo recessit conditore: non sine causâ igitur sapientia, quę timorem Domini piis mentibus transfundit, non solum superbiam, sed superbiam tumescens, vel eum qui superbia totus est, hoc est, auctorem superbiæ diabolum, odio habet. Quanto ma-

gis timorem Domini amplectimur illius bonitatis et majestatis conceptã magnitudine immensa et majestate, tantò clariùs etiam nostram imbecillitatem et indigentiam intelligimus, et cogimur illius revereri celsitudinem, nostram deplorare miseriam. Timor Dei (qui humilitatem sociam et amicum habet) alienissimus est ab omni superbiã. Et quamvis malum non possit humana fragilitas ex sese penitus declinare, ab omni peccato suis viribus pura, et prorsus incontaminata alsque Dei gratiã consistere, tamen ex sapientiã Dei timore concepto, omnem viam mali et consuetudinem peccandi odio habemus; sive enim vocem Hebræam *דור* viam pro frequentatione accipiunt Hebræi. Secundo in loco: *Os perversitatum ipsa odi*, inquit sapientia; *recta loquitur et vera*, ut superius lectum est. Pater mendaci perversa et falsa loquitur, et quotquot ex parte diaboli sunt, veritati resistunt, et doctrinam Spiritus sancti calumniantur. Id quod titim in solos Judæos, qui Christo Dei sapientiæ, dum in terris ageret, restiterunt, referre liceret; et non etiam in magistris errorum nostri temporis, qui ore perverso conantur subvertere quę hactenã à primordio nascentis Ecclesię sapientiam Dei docuisse constat per ora Patrum, imò per corda credentium. Sunt qui iungunt os cum præcedentibus, ut sis sensus: Timor Domini odit viam malam, et timor Domini odit os malum, perversitates verò ego odio habui. *Meum est consilium et æquitas.* Sive *lex* (ut in Hebræo legitur). Cùm angelus Satane transfiguret se in angelum lucis, 1 Cor. 10, et difficile sit deprehendere perversitatem oris in multis, consilio est opus, opus est lege, hoc est, cognitione legis divinæ, quã nobis præscribuntur recta et vera, quę quidem virtutes non aliunde petenda sunt quàm à Sapientiã, quę inquit: *Mea sunt consilium et lex, sive æquitas.* Vox Hebræa *צדק*, quę ab *essendo* deducitur, *rem stabilem et firmam* significat, ut sæpe monuimus. Sunt igitur dotes sapientiæ consilium et et solida cognitio. *Mea est prudentia sive intelligentia.* Hebr. *בין* quã porum hominum illuminatur animi. *Mea est fortitudo.* A sapientiã non solum intelligentiam recipimus, et ceteras virtutes, quibus vias malas et oris perversitates discernimus, sed fortitudinem quoque, quã armati vincamus mala, nec locum demus perversitatibus quas odit sapientia. Atqui hactenã facta est mentio de virtutibus his quę sapientiæ sunt peculiare, et quę de illius substantiã esse putantur: secundum locum habent quę sunt circa substantiam, aut si mavis attributa vocare.

VERS. 15-19.—PER ME REGES REGNANT (1), ET LE-

(1) Quod hic ait Sapientia: *Per me reges regnant*, etc., potest duobus modis accipi, videlicet, vel absolute, vel cum additamento. Absolute, hoc modo: Omnes reges quicumque verò reges sunt, id est, legitime principatum possident per me regunt, id est, legitime regnandi seu imperandi potestatem à me acceperunt: juxta illud Apostoli Rom. 13: *Non est potestas, nisi à Deo. Quę autem à Deo sunt, ordinata sunt.* Cum additamento autem exponitur hoc modo: Reges per me regnant justè, id est, quòd reges justè regunt, et sic oportet populum suum regant; id habent è sapientiã eos regente et docente. Hinc sententię favent

QUE CONDITORES JUSTA DEGERUNT, PER ME PRINCIPES IMPERANT, ET POTENTES DEGERUNT JUSTITIAM (1). (Hebr.: *Per me reges regnabunt, et gubernatores decernunt justitiam. Per me principes principatum obtinebunt, et nobiles erunt omnes judices terre.*) EGO DILIGENTES ME DILIGO, ET QUI MANE VIGILAYERINT AD ME, INVENIENT ME. MEcum SUNT DIVITIE ET GLORIA (2): OPES SUPERBIE ET JUSTITIA (5). (In Hebr.: *divitiæ antiquæ et justitiæ.*) MELIOR EST FRUCTUS MEUS AUREO ET LAPIDE PRETIOSO, ET GEMINA MEA ARGENTO ELECTO. (Hebr.: *Melior est fructus meus auro et obrizo, et proventus meus argento electo.*) Maxime sunt sapientiæ dotes, quas superius rectavimus, sed tamen his cancellis aut finibus non coneratur sapientiã: neque solum ad futuram vitam est necessaria, imò nulla pars presentis conversationis sapientiã carere potest. Et qui minimè omni subsidio alterius videntur egere, sapientiã maxime egent, neque aliã ratione possunt supremi magistratus et reges regio fungii munere, cum æquitate et elementã modorari republicam nisi sapientiã suggerente prudentiam, et animum principe dignum, quò non suam solum, sed Dei gloriam, non sua solum, sed populi et reipublice commoda quaerant. Quòd si legibus et statutis æquis malorum insolentiam coercere oporteat, nemo principum aut magistratum hoc munus præstare poterit, nisi sapientiã edoctus, ut prospicere possit quid omnibus conducatur. Æquas enim non condit leges, qui aliò quàm ad omnium legum scopum, nempe justitiam, dirigit oculos. Et ut regibus et ducibus qui sub regibus moderantur et regunt plebem, satis non est quocumque modo imperium accepisse, sed quemadmodum non est potestas nisi à Deo, ut inquit Paulus, Rom. 13, ita à Deo sapientiam accipere oportet, si modò boni principes esse volunt, et populum cum imperio subditum tenere legitimo, si ut principes circumstantiã, quã addit: *Et legum conditores justa decernunt.* Et paulò post: *Et potentes decernunt justitiam.* Augustinus lib. 5 de Civitate, c. 49, priorem sensum habet; indicat tamen et aliter accipi posse.

(Esius.)

Quia et per me ad regnum legitime perveniunt, et per me illud rectè gubernant. (Menochius.)

(1) Tum in legibus condendis, tum in sententiis ferendis. (Tirinus.)

(2) Multi enim divites, sed indecetes, inglorii; non ita sapientiæ alumni. (Bossuet.)

Magnificentia scilicet ac justitia. Editio Complutensis non *superbia* habet, sed *superior*. At hic sententia non factum aut arrogantiam, quę vitiã sunt rerum temporalium, significat, sed illarum copiam, magnitudinem, et omnibus mundi divitiis præstantiam; in quem ferè sensum Judeis prædicit Isaias 61, 6: *Fortitudinem gentium comedistis, et in gloria earum superbistis; et cap. 60, 45.* Hierosolyma spondet: *Ponam te superbiis secularum.* Hęc enim omnia designant tantummodo, Deum gloriam et divitiis cumulatum Israel et Hierosolymam. Hęc Salomonia spem facit sapientibus fore ut augeantur divitiis et justitiã, quæ rarissima sunt, nec simul diu perseverant, nisi sapientiã et virtus domineatur, et contineant in ordine divitiis, quę naturã suã infestissimã sunt virtutum moralium et optime discipline hostes. (Calnet.)

(5) Quę plerumque inter se dissident, partim quocumque divitiis, unde *opes superbi*; in Hebr. duratura, stabiles: quod justitiã præstat. (Bossuet.)

haberi volunt, et nominis famam tueri; hoc enim significat *צדק*, *laudabile et clarum*, ab avaritiã alieni, quales sine sapientiã esse non possunt. Indici prætere, qui in terris Dei benedicti locum suo more occupant, absque sapientiã causas decernere litesque dirimere non poterunt. Sed dicet aliquis fortassis: Quibus modis aut quã arte acquiritur ista sapientiã omnibus ordinibus usque adeò necessaria? num regibus opibus comparatur, aut viribus belli et copiis acquiritur? minimè gentium. Imò ut omnibus maxime oportet est necessaria, ita est omnibus obvia et facilis, non rigida, non telrica, non elata fastu, sed benigna, generosa et humilis; inquit: *Discite à me, quia mitis sum et humilis corde*, Matth. 11. Non arte aliqua est opus ad sapientiam comparandam, sed solo amore, quò nihil est humano generi convenientius. *Ego*, inquit, *amatores meos diligo, et qui manè vigilaverint ad me, invenient me*; vel, *qui quaerunt me, invenient me.* Vox Hebræa *דור* *curarum* significat, unde deducitur verbum *דור*, significans *manè quaerere.* Sensus bene reddidit interpres, utramque significationem vocis Hebræe complexus: *Manè vigilare sive quaerere*, signum sollicitudinis et curæ est. Qui somno dediti sunt et otio, sapientiæ non sunt amatores, sed qui manè quaerunt, hoc est, ante omnia alia. *Primum quartæ regnum Dei*, Matth. 6. Et unã cum sapientiã invenietis opes et gloriam; et hoc est quod Evangelista adiecit: *Et hæc omnia adjicientur vobis.* In Hebr. legitur: *Antiquas opes, vel divitiis antiquitatis, invenient*, hoc est, permanentes et stabiles; non *opes superbas*, ut nos legimus. Quamvis sensum habeat non absurdum quòd noster reddidit interpres, sed mysticum magis quàm historicum. *Meum sunt divitiæ et gloria, opes superbiæ et justitiã.* Cum sapientiã sunt opes unã cum justitiã. Qui divites sunt hujus mundi perique *nonnominam* habent *iniquitatis*, quam frequenter vel acquirunt, vel servant injustè. Amatores sapientiæ cum justitiã stabiles et antiquas habent opes, quæ *fures non effodiunt nec furantur*, Matth. 6. Et quamvis vox Hebræa *justitiã* significet propriè, Aben Ezra tamen hoc in loco, ut perpetua servetur metaphora, *felicitatem* veritè sive *prosperitatem*; q. d.: Omnia à sapientiã recipiunt illius amici, quę stulti et indocti homines in mundo quaerunt, opes, gloriam et felicitatem; aut hæc, inquit, aut his majora; unde sequitur: *Melior est fructus meus auro et obrizo.* In Hebræo, et *proventus meus argento electo.* Explicat sese metaphoricè videlicet fuisse locutam de divitiis et gloria, non fallacibus neque vanã hujus mundi gloriã. Sed divites sunt bonis operibus sapientiæ amatores, et coram angelis Dei *coronam gloria* habent *immarecibilem*, 1 Pet. 4. Hebræi discrimen observant inter has voces *פירות* *fructus*, et *תועלת* *proventus*. Nam *תועלת*, id est, *annona*, ut inquit, ex semine et agriculturã provenit, et annuo aut potius crebro et ferè quotidiano cultu eget. *פירות* autem, id est, *fructus*, qui spontè ex arboribus nascitur, semine non eget annuã, per quem stabilem scientiam et fidem intelligere licet; per *annona* verò integritatem morum, et vitam fru-

in quibus nulla hactenus sit mutatio, stabilita dicuntur. Hebraei ad coelum angelorum referunt, quod illis est tertius mundus. Nam apud Iudeos infimus mundus est elementorum, secundus corporum caelestium et stellarum, tertius angelorum; ad quam opinionem aluisse videtur Paulus Apostolus, cum dicat se ad tertium coelum fuisse raptum, 2 Cor. 11. Nemp inter choros angelorum. Et tunc erit sensus: Dùm roboraret coelos desuper, et fortificaret fontes abyssi, scilicet deorsum, ut perennes videlicet scaturigines effunderent. Nisi navi ad aquas que super coelos sunt referre: quod Hieronymus videtur intellexisse, vertens, *liberat fontes aquarum*, ut sit historicus et simplex sensus huius loci, non alius quam aquarum descriptio diversarum, que mirabili artificio per sapientiam divinam sunt disposita et preparatae, non in unâ collectione aquarum quod mare vocamus, et reliquis fluminibus, sed mirabili quoque potentia in in nubibus sursum consolatate, que *fontes abyssi*, h. e., omnia aquarum, cum potentia sursum in aere pendunt, hec inferiorum aquarum abyssus velut ex fontibus aquas recipit: Alqui huius expositioni quadrat quae sequuntur: *Quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis ne transirent fines suos*. Cum poneret mari statutum suum aut terminum, ne aquae littora egredierentur, et describeret fundamenta terre, vel stabiliret, *Hic*, *appenderet*; neque enim perseverare poterat immobilis tam gravis natura, nisi collocatis fundamentis et stabilitis. Omnia hec que de terra et aquis bis poni videntur, sic sunt accipienda in primò de creatione, secundo de dispensatione et conservatione creaturarum fiat sermo. Que omnia à Patre per Filium sunt: *Pater meus usque modo operatur et ego operor*, Joan. 5, conservando videlicet, et dispensando que condita sunt in principio; id quod non minoris potentie videtur et bonitatis quodammodo majoris, ut sequitur: *Cum eo eram cuncta componens*, Hebr.: *Et fui propè eum nutricius*; cuius hic sensus est, iuxta quosdam ex Hebraeis: Quemadmodum solent proceres procreatis liberis, nutriciis et preceptoribus tradere ut educerent et instruantur, haud aliter productis Dei potentia rebus et ex nihilo creatis, non possunt ad finem destinatum pertinere, nisi à divina sapientia moderatè gubernentur; non potest, inquam, praesertim rationalis creatura sibi relicta, cuius nixte curam accepit divinus sapientia, non solum in fine seculorum ex virgine nata, sed sub lege et ante legem crebris visionibus et umbris patris apparet, ut Evangelium testatur, Joan. 8: *Abraham vidit diem meum*; et alibi: *Moses scripsit de me*, Joan. 5. Non igitur Ecclesie solum, sed prioris populi pastor et nutricius, sive alumus fuit Dei sapientia, subinde rebelles castigans eorum mores, iuxta illud Isa. 63: *Sed in omni tribulatione eorum non est tribulatus, et angelus faciei eius salvavit eos in dilectione sua et in indulgentia sua; ipse redemit eos, et que sequuntur*. Quod dicit *apud eum*, vel *propè eum*, significat non aliter sapientiam Dei gubernare, quam ipsius

Patris fuerit voluntas. *Et delectatur per singulos dies*; vel, *fui in deliciis*. Ego Sapientia, que per os Salomonis familiariter loqui cum hominibus incipio, apud Patrem fui ab aeterno in delectationibus meo charissimè filii, cuius amplexibus mirificè delectatur pater. *Fui semper ridens*, vel ludens cum eo, ut quocum nunquam succenset pater, sed semper clarificat, inquit, Joan. 7: *Omnia mea tua sunt*; quâ, que possit cogitari major lætitia, majoresque deliciae? Hæc Sapientia divinitatem manifestissimè ostendunt, quantvis reclamante populo dure cervicis, nemp Judæico, quorum tamen aliqui fatentur delicias hæc in loco representare dulcedinem et lætitudinem illam, quam in sui ipsius apprehensione capiti Deus benedictus, et quasi dicat, inquit commentarii Hebræorum, quod Sapientia sit eadem in semetipsa cum Deo benedicto. Quamvis quod sequitur: *Ludens in arborum terrarum*, ad utramvis naturam in Christo referri possit, tamen apertiùs ad naturam humanam quam ex homine accepit, cuius elementiam admiratur David, et obstupescens, inquit: *Quid est homo quod minor es ejus, aut filius hominis*, etc., Psal. 8. Summe delectationis fuit sapientia divine versari cum filiis hominum, et impertiri illis coelestes delicias et gaudia, quibus ab aeterno fruitur cum Patre. Ex his infert sapientiam esse necessariam filiis hominum ad veram felicitatem assequendam, et necessariam vicissim amare sapientiam, illius inprimis studiosos esse, per quam solum Dei consequimur amorem, et aeterna supplicia evitemus poteribus, iuxta ea que sequuntur.

VERS. 32-36.—NUNC ERGO, FILII, AUDITE ME: BEATI QUI CUSTODIUNT VIAS MEAS; ADITE DISCIPLINAM, ET ESTOTE SAPIENTES, ET NOLITE ADICERE EAM (1). BEATUS HOMO QUI AUDIT ME, ET QUI VIGILAT AD FORAS MEAS QUOTIDIE, ET OBSERVAT AD POSTES OSTII MEI. QUI ME INVENIT INVENIET VITAM, ET HAUERIT SALUTEM A DOMINO (2); QUI AUTEM IN ME PECCAVIT LEDET ANIMAM SUAM. Hebr.: *Audite correctionem, vel disciplinam, et eritis sapientes, non habebitis supplicium. Nam qui me invenit, invenit vitam suam, et educet voluntatem à Do-*

(1) Pro *abdicere* Hebr. est *וְעַתָּה תִּיְהָרֵם*, quod Septuaginta vertunt *ut desopere*, id est, ne obstruamini, vel ne obturamini; Chald., *ne concussio cum*; Syrus, *ne erretis*; Vatabl., *ne sitis ignari*; Pagnin., *ne postponatis eam*; alii, *ne feriamini*, id est, nolite ferias et otium agere, sed studeat et laborate, ac labore et sudore parate vobis sapientiam, partemque conservate, augere et promoveat. Quare *et ne feriamini* non significat, ne percussamini, *feriant*; idem est quod ne obtineam ne pigri et remissi sitis, ut ob laboris diutini tedium sapientia studium abijciatis. Hæc enim significat Hebr. *וְעַתָּה פָּרָא*, et Septuaginta vertentes, *ne obstruamini*; q. d.: Ne pigritia et acedia torpore ac sopore aures animumque obstruatis, ut nullam detis adiutum audientes et percipiende sapientia. Sic enim indolens et incarpens omnis disciplina in vestra insipientia, et concupiscentiis, ac vitis indormiatis et immorcentiis. Notat juvenes effrenes, qui suis cupidibus addicti obstruunt aures, ne audiant monita et correptiones parentum, magistrorum, concionatorum, ut suis voluptatibus liberè et impune fruantur. (Corn. à Lap.)

(2) Pro quo Septuaginta habent celebratissimum illud; et paratur voluntas à Domino. (Bossuet)

mino; et qui peccat in me, facit injuriam animæ suæ; qui me oderunt, diligunt mortem. Frequens in ore Sapientia nomen filii, nomen charitatis, ut quæ malitiam amore provocare quam pensis terrene. Et hoc versio 31, idem ferè dicit quod Christus Luc. 11: *Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Audite disciplinam et estote sapientes*. Inter vias sapientia vel prima est, disciplinam accipere, mores corrigere, virtutum studia amplecti, et non illotis, quod aiunt, pedibus velle sapientiam possidere: *Non enim intrabit in animam malevolam, neque habitabit in corpore subdito peccatis*, Eccles. 1. *Et eritis sapientes*. Veri potest imperativus pro futuro, quamvis sensus eodem redat; nemp disciplinam accipere, mores castigare, esse magnam partem sapientia humane; q. d.: Idem est inculpate vivere et sapere. *Audite disciplinam*. Obedite, filii, his qui vos castigant et sapite; hæc ratione ostendit se sapere. Quod sequitur: *Nolite abdicere eam*, in Hebræo *וְעַתָּה לֹא אֲבַדְתֶּם* ambiguum sensum habet, propter multiplicem huius verbi significationem: significat enim irritare, abdicere, ponere, vindicare, solvere; in quo sensu, nemp *solvendū*, posse accipi hoc in loco à quibusdam putatur; q. d.: Audite correctionem meam, et sapietis, vel sapientes eritis, gratis et absque pretio, nihil solvetis. Pronomen, *eam*, in Hebræo non legitur. Aliter: *Accipite disciplinam*, h. e., corrigite mores, et non luatis penam. Ut cum illo Pauli conveniat: *Si nosmetipsos didicideremus, non utique iudicaretur*, 1 Cor. 11. Mihi verò germanus huius loci, et qui maxime quadrat, sensus videtur, si pro impedire accipiatur verbum Hebr. *וְעַתָּה*, ut sit sensus: Audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite frustrare vel impedire, scilicet disciplinam meam: irrita enim est disciplina patris, si filius non corrigatur. Atqui hic est primus gradus ad sapientiam, castigatio morum. Propter integritatem vite, magno studio et industriâ opus est, si volumus sapientiam invenire. *Quarite*, inquit, et *invenietis, pulsate, et aperietur vobis*, Lucæ 11. Quid enim aliud est pulsare, quam vigilare ad fores sapientia, et observare ad portas, quam in Ecclesia Dei, cui date sunt claves regni colorum (contra quam porte inferi non pravelebunt), crebris precibus, vigiliis et jejuniis insistere, et ceteris piis operibus, quibus Christus invenitur? Cæterum ne quis tantis laboribus de-

CAPUT IX.

1. Sapientia aedificavit sibi domum; excidit columnas septem;
2. Immolavit victimas suas; miscuit vinum, et proposuit mensam suam;
3. Misit ancillas suas ut vocarent, ad arcem et ad moenia civitatis;
4. Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est;
5. Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis;
6. Relinquit infantiam, et vivite; et ambulate per vias prudentia;
7. Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit; et qui arguit impium, sibi maculam generat.

terrius recuset et spernat sapientiam, amplissima premia pollicetur: *Qui me invenit, inveniet vitam*. Mollescent et levia videntur quantumvis gravia, magnis propositis numeribus. Non maxima suis amplexicetur premia, sed hostibus extrema supplicia committatur, inquit: *Beatus homo qui audit me, et usquequod me studiosus fuerit, ut quotidie vigilet ad fores meas*. Aliter, *vigilare ad fores, et observare ad postes ostiorum*, metaphoricè dixit, pro eo quod est totum pendere à sapientia, in eâ totam spem collocare, assidue opem illius implorare, et tanquam optimo patrono sese dedere. Alioqui *portæ et fores Sapientiarum*, sunt doctores sacri, qui Scripturas aperunt: *Postes portarum Scripturarum ipsas, aut Apostolos et Evangelistas intelligimus, qui reliquos sustentant, et quibus adhærent quot janua regni coelestis intrare volunt*; qui ad hos postes et janua vigilant, et observant, et querunt sapientiam in Ecclesia Dei, non in conventibus hereticorum. Qui querunt Scripturarum intelligentiam à doctoribus sacris, quos tanquam columnas habet Ecclesia, suo instituto frustrari non poterunt. *Quiquid petieritis Patrem nomine meo, accipietis*, inquit Joan. 15. Sequitur: *Hauriet salutem à Domino*, Hebr.: *Educet voluntatem vel benevolentiam, à Domino*; h. e., à Domino impetrabit quod petit, et suæ voluntatis erit compositus; *vel voluntas ac benevolentia referuntur ad Dominum, sed sensus eodem redit*; q. d.: Erit gratus Dominus, et illius gratiâ munus, ne quam semel est assecutus vitam, denno perdat. Non solum vitam inveniet, sed benevolentiam à Domino educens, nullius rei indigus erit. Quid enim aliud querimus pauperes, quam regi innotescere, quam illius favore et benevolentia beari? Cæterum ut nihil est felicis amici sapientia, ita nihil est miserius illius inimicus. Nam quemadmodum amicus largitur vitam, ita si qui odio prosequatur vel spernant sapientiam, nihil aliud quam se diligere mortem ostendunt. Odio autem habent non solum Judæi infideles, de quibus scribitur: *Nunc eum et viderunt et oderunt, et me et Patrem meum*, Joan. 15, sed etiam qui *malè agit, odit lucem*. Denique falsorum dogmatum auctor veritatem spernit et odit, que Dei sapientia est, dicente eodem: *Ego sum via, veritas et vita*; qui in Christo et in Evangelio invenierunt omnes sancti, de quibus scribitur: *Vos amici mei estis*.

CHAPITRE IX.

1. La sagesse s'est bâti une maison, elle a taillé sept colonnes:
2. Elle a immolé ses victimes; elle a préparé le vin, et disposé sa table;
3. Elle a envoyé ses servantes, pour appeler les convités à la forteresse et aux murailles de la ville.
4. Quiconque est simple, qu'il vienne à moi. Et elle a dit aux insensés:
5. Venez, mangez le pain que je vous donne, et buvez le vin que je vous ai préparé.
6. Quittez l'enfance, et vivez, et marchez par les voies de la prudence.
7. Celui qui instruit le moqueur, se fait injure; et celui qui reprend l'impie, se déshonore lui-même.

